Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

faciunt filium album si nigre
nigrum. si rubee rubeum. si du
orum colorum. duorum colorum
erunt idem. Oves cum impin
guantur multum moriuntur in
renibus. Ovis impinguatur ex
clara aqua. Idem caro agnina ro
bustis est. et sanis valde bona et sa
na et infirmis infirma. Ysidorus.
Agnus dicitur ab agnoscendo. eo
quod preteris animalibus matrem
cognoscat. In magno enim grege
balatum matris agnoscat. vel agne
co agnon quod est pium. Aristotiles.
Lana ovis quam comedit lupus.
in textura plus recipit pediculos.
Alexander. Ovis occise. pellis num
quam erit bona. ad pargamenum
nec pellis crassa. De pardo.

Pardi ut dicit iacobus secun
dum genus a pantheris que
notate sunt varietate macularum
Solinus. in asffrica propter inopiam
que adverse congregantur ad am
nes ubi leene miscent. se diver
sis bestiis vel vi. vel voluptate
et inde pardi procreari dicuntur.
Torvus est pardus et acutus nimis
in impetu commovensque in cibo
suo. habet corpus varium in calore.

Panthera De panthera.
ut dicit Solinus est animal
colore varium. speciosum nimis
minutis orbiculis super pictum
ita oculi ex fulvis reluceant ocu
lis et incerulum vel album dis
tinguatur. Est autem hoc man
suetum valde. inimicum autem
habet solum. draconem. Dum co
mederit saciatumque fuerit. diver

sis cibis abscondit se in spelunca
sua. ut dicit philosophus et dor
mit. Inde post triduum resurgens.
a sompno emittit rugitum quem
audientes cetere bestie congregan
tur. et suavitatem odoris eius se
cuntur. sed torvitate capitis eius
terrentur. quam obrem eo occulto
reliqua dulcedine corripit invita
tos. Hec bestia ut dicit ysidorus.
nisi semel parit. nam fetus debi
ti temporis horam non expectantes
matricem unguibus laniant. unde
matrem quasi semi necem red
dunt inutilem. Nam ut dicit
plinius animalia cum acutis un
guibus. sepe non possunt parere.
viciantur enim intrinsecus catu
lis se moventibus. De piloso.

Pilosus animal est sicut dicit
glosa super ysaiam. quod in
figura hominis superius incipit.
et inferius in pedes bestie desinit.
Hanc bestiam definit ieronimus
in vita pauli heremite. quod sit
homo superius frontem habens aspe
ram cornibus et in caprarum pe
des desinit satiros vel fannos vel
incubos vocari. De putorio.

Putorius ut dicit liber rerum.
animal est a putracione dictum
quia nimis fetet. et hoc maxime
cum irascitur. In sinistro latere
sicut daxus. crura habet breviora
quam in dextro. Gallinarum et
ovorum earum cupidissimum est.
Solum autem carnibus et humore vi
vit domorum ardua et penetrabi
lia inhabitat.
Pirolus De pirolo.
ut dicit liber